

est, 2. Additis 5. fiunt 7. Additis 6. fiunt 13. hoc est, 4. Additis 7. fiunt 11. id est, 2. Additis 8. fiunt 10. id est, 1. Additis 8. fiunt 9. id est, 0. Nā 9. reiicienda sunt. Remanent autem 8. quę in altera parte crucis colloco. Deinde in summa producta, ex 7. & 7. fiunt 14. id est, 5. Additis, 7. fiunt 12. id est, 3. Additis 2. fiunt 5. Et tandem additis 3. fiunt 8. vt prius, quę statuo in opposita parte crucis, vt appareat æqualitas numerorum, qui post abiectionem 9. reliqui fuerunt.

Probatio Per
9. fallax est.
& quare fal-
lax fit.

Quoniam verò hac ratione non reiiciuntur 9. quoties fieri potest, sed tantum per dictam proprietatem nouenarij inquiritur residuum, quod remaneret, si omnia 9. reiicerentur, fit, vt hoc examē 25 | 7
per abiectionem 9. institutum 30 | 3 I I
fallax sit; vt in hoc exemplo —
apparet. Nam summa colle- 64 | 1
cta falsa est, & nihilominus examen
per 9. institutum indicat, eam rectè collectā esse, cum vtrobique vnitas supersit: Quòd si reiiciantur 9. quoties fieri potest, statim apparebit falsitas summę collectę. Sæpius enim reiicientur 9. ex summa, quàm ex numeris additis. In summa enim hac 64. continentur 9. septies, superestque vnitas, propterea quod septies 9. sunt 63. At in numero 25. continentur 9. bis, & supersunt 7. quę ad partem dextram repono. In 30. vero continentur 9. ter & supersunt 3. quę etiam ex parte dextra noto. Itaque ex numeris additis reiiciuntur 9. quinquies, & supersunt 7. & 3. in quibus adhuc semel continetur 9. superestque